Augustinus, Aurelius: Opuscula
Strassburg: Martin Flach (printer of Strassburg), 11 Aug. 1491, 1491 Seite 44



¶ Incipit Diui Augustini hypponēsis epi Soliloquioꝝ aīe ad deū.

¶ De ineffabili dulcedīe dei ¶ Cap. I.

Cognoscam te dn̄e cognitor meꝰ. cognoscam te virtus anīe mee. Ostēde te mihi ꝯsolator meꝰ. videā te lumē oculorū meoꝝ. Ueni gaudiū spūs mei. videā te leticia cordis mei. Diligā te vita anīe mee. Appare mihi delectatio mea mag. solaciū meū dulce: dn̄e deꝰ meꝰ. vita mea ⁊ glīa tota aīe mee. Inueniā te desideriū cordis mei: teneā te amor aīe mee. Amplectar te spōse celestis. Exultatio mea sūma intꝰ ⁊ extra. possideā te btitudo sempiterna: possideā te in medio cordis mei: vita btā: dulcedo sūma aīe mee. Diligā te domine fortitudo mea. dn̄s firmamētū meum ⁊ refugiū meū: ⁊ libator meꝰ. Amem te deꝰ meꝰ adiutor meꝰ: turris fortitudis mihi: ⁊ spes mea dulcis in om̄i tribulatōe mea. Amplectar te bonū sine q̄ nihil bonū. fruar te optimū sine q̄ nihil ē optimū. Aperi penetralia auriū meaꝝ: verbū penetralius om̄i gladio ancipiti: vt audiā vocē tuā. Intona dn̄e desuꝑ voce grādi et forti. Tonet mare ⁊ plenitudo eiꝰ. ꝯmoueatur terra ⁊ oīa q̄ in eis sūt. Illustra oculos meos lux incōꝑhēsibilis: fulgura coruscatōe: ⁊ dissipa eos: vt nō videāt vanitatē. Flumina multiplica ⁊ ꝯturba eos. vt appareāt fontes aquaꝝ: ⁊ reuelentur fūdamēta orbis terraꝝ. Tribue visū lux inuisibilis: qui te videat. Crea nouū olfactū odor vite: qui post te currat in odorē vnguentoꝝ tuorū. Gustū sana qui sapiat ⁊ cognoscat ⁊ discernat q̄ magna multitudo dulcedis tue dn̄e: quā abscōdisti his qui pleni sunt charitatis tue. Da cor qd̄ te cogitet. animū q̄ te diligat: mentē qui te recolat: intellectū qui te intelligat. rationē que tibi semꝑ sūmo delectabili fortiter adhereat. Te sapiēter amor sapiēs diligat. O vita cui oīa viuūt. vita que das mihi vitā: vita que es mea vita. ꝑ quam viuo. sine qua morior. vita ꝑ quā resuscitor: sine q̄ ꝑeo. vita ꝑ quā gaudeo: sine q̄ tribulor: vita vitalis dulcis ⁊ amabilis: sꝑ memorialis. Ubi q̄so es: vbi te īueniā: vt in me deficiā ⁊ in te subsistam? Prope esto in aīo: ꝓpe in corde. ꝓpe in ore: ꝓpe ī auribꝫ: ꝓpe in auxilio. qꝛ amore lāgueo: qꝛ sine te morior: qꝛ te recolens suscitor. Odor tuꝰ me recreat. memoria tua me sanat. sed satiabor cū apparuerit glīa tua vita aīe mee. Cōcupiscit ⁊ deficit anima mea de memoria tua qn̄ veniā ⁊ apparebo tibi leticia mea. Quare faciē tuā auertis gaudiū meū ꝑ qd̄ gaudeo? Ubi ē abscōditus pulcer quē desidero? Odorem tuū haurio. viuo ⁊ gaudeo. Te aūt non video. vocē tuā audio ⁊ reuiuisco. Sed cur faciē tuā abscōdis? forte dicis. Non videbit me hō ⁊ viuet. Eya dn̄e moriar vt te videā. videā vt hic moriar. Nolo viuere: volo mori: dissolui cupio ⁊ esse cū christo. Mori d̄sidero vt videā christū. viuere renuo vt viuam cū christo. O domine iesu accipe spiritū meū. vita mea suscipe aīaꝫ meā. Gaudiū meū attrahe cor meū. dulcis cibꝰ meꝰ ꝯmedaꝫ te. Caput meū dirige me. Lumē oculoꝝ meoꝝ illumina me. melos meꝰ tēpera me. Odor meus viuifica me. Ubū dei recrea me. Laus mea letifica aīaꝫ serui tui. Intra ī eā gaudiū meū vt in te gaudeat. Intra in eam dulcedo sūma vt dulcia sapiat. Lumen eternū illustra suꝑ eā vt te itelligat ꝯgnoscat ⁊ diligat. Ob hoc enim nō te diligit dn̄e: si nō diligit: qꝛ nō te ꝯgnoscit. ⁊ te idō nō cognoscit qꝛ nō intelligit. Et idcirco nō intelligit: qꝛ lumē tuū nō ꝯꝑhēdit: et lux in tenebris lucet ⁊ tenebre eā nō ꝯꝑhēderūt. O lux mētis: o lucēs ṽitas: o vera claritas q̄ illumīas oēm hoīem veniētē ī hūc mūdū. Ueniētē q̄dē sꝫ nō diligētē. qꝛ q̄ diligit mundū inimicꝰ dei cōstituitur. Expelle tenebras de suꝑ faciē abyssi mentis mee vt videat te intelligēdo: vt cognoscat te ꝯꝑhēdendo: vt diligat te cognoscēdo. Quisq̄s enī cognoscit te diligit te: sed obliuiscitur. amat te plus q̄ se. relinquit se ⁊ venit ad te: vt gaudeat d̄ te. Hinc est ergo dn̄e q̄ nō tm̄ diligo q̄ntuꝫ debeo. qꝛ nō plene cognosco te. Sed qꝛ paꝝ cognosco paꝝ diligo. Et qꝛ parum

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-299/0044
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG